



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

78. An Regularis percutiens Regularem alterius Religionis sit absoluendus
à proprio Prælatō, si percussio non fuerit enormis? Vel an sit necesse, vt
Prælatus eius, qui passus est iniuriam, vt eam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Ob Clerici percussione. Ref. LXXVII. &c. 167

irregularitatem incurrunt, si exercent actum ab-
solutions ab excommunicatione. Illud de peccato pa-
tet ex illo versu :

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Scilicet, ex ultima dictione, quæ non tantum veri-
ficatur de communicante cum excommunicato, sed
etiam de ipso excommunicato participante cum aliis.
Alterum de irregularitate intelligendum est hoc
modo, quod primò absolvens non debeat absolvere
sacramentaliter, hoc est, etiam à peccatis, sed tantum
extra Sacramentum, & ab excommunicatione præ-
cisè : quia necessitas absolvendi refertur tantum ad
excommunicationem ; quia sublata, debet deinde ab-
solutus primò ab utrisque absolvere, hoc est, à
censura, & peccatis : hoc enim modo saluatur incur-
sus irregularitatis, quæ ab excommunicatione non in-
curritur, nisi quando exercet actum Ordinis sacri ;
non autem si exercent actum jurisdictionis, qualis est
in casu hoc absolutio à censuris extra Sacramentum,
vt, aliis citatis, docet Sayrus lib. 7. de censur. cap. 9.
num. 10. Et hæc omnia docet Bordonus ubi supra,
qui citat Sorbium, & Rodriquez.

3. Verum sententiam Patris Suarez sequitur Tam-
burinus de iure Abbatum, tom. 2. disp. 1. 4. quest. 11. n. 4.
& idem distinguit, sic asserens : [Si percussio non est
publica, sed occulta, potest tunc Prælatus absolvere
subditum, quia nondum est privatus jurisdictione, &
communicatione cum illo, saltem in bonum subditi.
Si verò percussio publica fuerit, cum ob excommu-
nicationem Prælatus jurisdictione privatus sit, non
poterit subditum absolvere, aut è converso ; sed debet
tunc alium Sacerdotem habilem extra Religionem
eligere, qui cum absolvat, & deinde ipse absolutus
subditum excommunicatum poterit absolvere : quia
subditus non habet eam facultatem, scilicet, sibi
Confessarium eligendi, neque Prælatus ob vinculum
excommunicationis potest illam concedere, quia id
esset actum jurisdictionis exercere, quod non licet
nominatim excommunicato, vel publico Clerici
percussori. At Abbas, sibi Confessarium eligendo,
non exerceret actum jurisdictionis ; sicut faceret, li-
centiam subdito ad id concedendo ; sed uteretur quo-
dam juris privilegio sibi concessio, quod non interdi-
citur excommunicato. Nec obstat, quod Prælatus
eligendo confessorum, delegat illi suam jurisdic-
tionem, vt ea circa se utatur, qui videtur esse actus ju-
isdictionis : nam respondetur, non ipsum, sed Sum-
mum Pontificem, vel superiorem Prælatum ei talem
jurisdictionem committere : quia virtute privilegia-
rum, eo ipso quod à Prælo eligitur, immediatè
illi conferuntur omnes facultates Pontificiæ, quia
vices superioris Prælati in eo munere gerit. Ita Tam-
burinus ex Suarez. At absolute sententia Bordonii,
& aliorum ego adharco, quam novissimè sequitur
etiam Pater Lezana in Summa, tom. 3. verb. Clericus,
17. qui citat Portel. quibus adde Fragosam de Repub.
Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. num. 56. & lib. 11. dis-
put. 24. §. 15. num. 28.

RESOL. LXXVII.

An Superiores Regulares possint absolvere à censura hu-
jus Canonis suos subditos ?
Et quid est agendum, si Religiosi se invicem percutiant
extra Clausuram Monasterii ?
Et quid, si Prælatus Regularis percutiat aliquem sub-
ditum ?
Et an Prælati Regulares, & eorum Vicarii ex privi-
legio possint suos subditos absolvere, etiam si percussio
sit enormis ?
Et notatur supra dicta procedere, quando Religiosi se
adinvicem percusserunt, nam si percutiant Clericum

sua, vel alterius Diœcesis, non gaudent prædicto
privilegio.

Potest tamen in tali casu illos Episcopus absolvere, si
percussio sit talis, à qua Episcopus eosdem Clericos
absolvere possit, id est, levis.

Et quid, si Religiosus percusserit Episcopum ipsum, vel
Abbatem ? Ex p. 9. tract. 4. Refol. 49.

§. 1. R Espondeo, quod possunt Superiores regula-
res de iure communi absolvere suos ab hac
excommunicatione, modò sit contracta ex levi, vel
mediocri percussione facta in se invicem, c. Monachi,
2. de sent. excom. & licet ibi non distingatur de levi &
enormi, tamen c. Cum illorum, 3. 2. & cap. Canonica 50.
eod. etiam de intellectu dicti capituli. venit solum levis
ac mediocris ; & enormis reservatur Papæ, qualis mu-
tilatio, effusio sanguinis, percussio Episcopi, vel Abba-
tis, vt expressè dicitur in dictis aliis duobus capitulis.
Quamvis autem hæc facultas absolvendi à percussio-
ne levi tribuatur à iure Prælatis regularibus, quando
eorum subditi se invicem in Claustro percutiunt ni-
hilominus absolvi possunt se invicem percutientes
extra Claustrum. Tum, quia Papa expressè Clau-
strum : quia ibi solent se percutere, ubi ordinariè ma-
nent : unde respiciendo ad id, quod vt plurimum solet
accidere, non restrinxit absolutionem ad percussio-
nem claustralem. Tum, quia in c. Canonica, nullum ex-
pressè locum : ergo videtur parum referre hoc. Qua-
re possunt absolvere illos, licet se percutiant extra
Conventum. Et hæc omnia docet Pater Bordonus in
consil. regul. tom. 1. refol. 28. n. 49. citans Rodriquez, Co-
riolanum, & Angelum, quibus ego addo doctum, &
amicissimum Patrem Bossium in disputation. moralib.
de jurisdict. Episcop. & aliorum, &c. discept. 1. dub. 19.
n. 190. & seqq. qui optimè observat, quod favor di-
ctorum Canonum comprehendit etiam Prælatum
ipsum regularem, qui si percusserit suum subditum,
poterit absolvi ab alio Sacerdote subdito suo à se ele-
cto : tum quia caput non debet esse minori favore di-
gnum, quam membra : tum, quia appellatione Mo-
nachi venit Abbas in materia favorabili, cap. fin. de
verborum appellatione. Et supradicta procedunt, quan-
do percussio est gravis : secus erit, si excessus fuerit
enormis : nimirum, si sit deventum ad mutilationem
membri, vel effusionem sanguinis, vel in Episcopum,
aut Abbatem manus violenta injecta ; quibus verbis
textus in dict. cap. Cum illorum, de sent. excom. expli-
cat enormem percussione. Et constat ex cap. Cano-
nica, & cap. Cum illorum, de sentent. excom. in 6. In
quo casu enormitatis, siue subditus, siue Prælatus sit
percutiens, absolutio spectabit ad Papam exceptis
casibus, in quibus Papam adire non possent, dictis
textibus attentis. Attamen hodie Religiosi ferè om-
nes privilegia habent, vt etiam à percussione enormi
absolvi possint à suis Prælati, ne alioqui, si ad Papam
mittendi essent, occasio vagandi illis tribueretur. Ita
Sayrus de censur. lib. 3. cap. 38. num. 13. & Rodriquez in
gg. regul. tom. 1. q. 20. art. 12. qui referunt privilegium
concessum à Clem. IV. Prælati Ordinis Prædicato-
rum, & eorum Vicariis ; vt à percussione enormi-
bus possent suos subditos absolvere. Et hæc omnia
docet etiam Fragos. de Rep. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2.
§. 3. num. 55. & seqq. Vide etiam Tamburinum de iure
Abbatum, tom. 2. disp. 54. q. 11. num. 2. & 3.

2. Notandum est tamen supradicta procedere quan-
do Religiosi se ad invicem percutiunt : nam si percu-
tiant Clericum suæ, vel alterius Diœcesis, non gau-
debunt favore prædicto, vt constat ex d. cap. Cum illo-
rum. Potest tamen in tali casu illos absolvere Episco-
pus, si percussio sit talis, à qua Episcopus eosdem Cle-
ricos absolvere possit, id est, levis. Ita decernit cap.
Religioso, de sent. excom. in 6. & cum in d. cap. Religioso,
sermo

Sup. hoc in
ref. seq. §.
vlt.

Sup. hoc in
ref. 79.
§. vlt.

sermo sit de sola levi percussione, ibi: eo casu, quo sa-
culari Clerico posset, &c. ut intelligit Glossa ibidem: si
Religiosus percussit ipsum Episcopum, vi ejusdem
favoris in d. cap. Religio, concessi, non poterit (nisi
ob aliquod rationabile impedimentum nequeat adire
Papam) ab Episcopo absolvi; tum propter enormi-
tatem talis percussione, tum quia Episcopus non ve-
nit sub absolute appellatione Clerici in his, quæ in
illius, vel totius Cleri favorem non redundant.
Vide Suar. de cens. disp. 22. sect. 1. n. 74. & Bossium ubi
supra, num. 196.

RESOL. LXXVIII.

An Regularis percutiens Regularem alterius religionis
sit absolvendus à proprio Prælati, si percussio non fue-
rit enormis? Vel an sit necesse, ut Prælati ejus, qui
passus est injuriam, ut eam condonet, ac penam in sa-
tisfactionem definiat, sit præfens ad talem absolu-
tionem?

Et an vero Prælati percussit ipsum percussorem verbe-
rare debeat?

Et an talis Prælati possit delegare talem actionem ver-
berationis?

Et quid faciendum est in eventu, quod Prælati discorda-
verint in satisfactione imponenda?

Et quid est agendum, quando Regularis percutiat Regu-
larem ejusdem Religionis, at diversi Monasterii?

Et notatur, quod hodie per specialia privilegia Prælati
Regulares possint absolvere suos Religiosos ab excom-
municatione propter injectionem manuum violentam in
Clericum, etiamsi sit Sedi Apostolica reservata. Ex
p. 9. tract. 4. Resol. 50.

§. 1. **R**espondeo, quod si Regularis percutiat Re-
gularem alterius Religionis, potest absolvi
à proprio Prælati, quando percussio non fuerit enor-
mis, præfente tamen Prælati ejus qui passus est inju-
riam, ut eam condonet, ac penam in satisfactionem
definiat, ut colligitur ex c. Cum illorum, de sent. excom.
quod aliqui communiter ita intelligunt, ut, scilicet,
Prælati illius, qui injuriam percussione intulit, jura-
mentum recipiat, & absolvat & saltem semel percu-
tiat delinquentem. At verò Prælati percussit, qui
passus est injuriam, ipsum percussorem verberabit,
eò, quia Prælati percussit satisfaciendum est de inju-
ria illata suo subdito, & conventus percussoris non
debet satisfactionem pro percussore suppeditare: non
enim crimen subditi in detrimentum Monasterii ce-
dere, nec retorqueri debet, argumento cap. Cum vene-
rabilis, §. Intelleximus, de excep. Neque abs te erit, si
alter Prælatorum in hoc casu vices suas alii commit-
tat argumento cap. ultimi, de offic. Ordinarii, & cap.
ultimi, §. Ceterum, de offic. delegati. Ex ea regula,
quia quando Ordinarius potest absolvere ab excom-
municatione, potest aliis absolutionem demandare,
ut Covarruvias lib. 3. variar. cap. 20. n. 5. Menochius
de arbitr. quest. 54. n. 43. Morla in Empor. juris civilis,
part. 1. tit. 2. §. 17. n. 32. & Petrus Barbosa in l. Cum
Prætor §. 1. num. 526. ff. de judiciis. Quod intelligitur,
quando absolutio committitur Ordinario ex officio
suo; non autem ex delegatione: tunc enim non po-
test alteri delegare, ut dicto cap. ultimo, §. Ceterum, de
officio delegati; ubi per delegationem commissum est
nudum ministerium, quod alteri non potest delega-
ri: secus in nostro casu ex cap. & Canone, Si quis sua-
dente. In eventu autem, quod Prælati discordaverint
in satisfactione imponenda: quia Prælati offensi
acerbioris exigit, eà quam offendenti Prælati de-
signat; eligendus est tertius arbiter, qui cum ipis ju-
dicium ferat; semper tamen absolutio, impositio, exe-

cutioque pœnæ Prælati offendenti, vix pote
illius Superiori competere. Et hæc omnia docet Co-
strus Palaus tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. n. 9. Layman
lib. 1. tract. 5. part. 1. cap. 5. circa finem. Frago. de Repub.
Christi. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. n. 55. Sayrus de cens.
lib. 3. cap. 28. num. 11. Bossius in discept. mor. de juri
discept. 1. dub. 19. num. 198. & alii penes ipsos.

2. Sed quid dicendum, quando Regularis percutit
alium Regularem ejusdem Religionis; at diversi
Monasterii, ut si v. g. Panormi, unus ex Domo S. Ioseph
percuteret alium ex Domo S. Mariæ de la Cata-
na? Respondeo cum Bordonio in conf. Regul. tom. 1. re-
sol. 28. n. 47. quod in tali casu injuria sit Prælati offi-
si: unde sine ejus consensu non debet absolvi percu-
tiens: quod præcipue procedit quando absolutio da-
tur à Superiori locali, non autem à Provinciali, vel
Generali: nisi sint diversarum Provinciarum; data
tamen aliis absolutio tener.

3. Notandum est tamen, ut dixi, quod hodie per
specialia privilegia Prælati regulares possint absol-
vere suos Regulares subditos ab excommunicatione
propter injectionem manuum violentarum in Cleri-
cum, etiamsi sit Sedi Apostolicæ reservata; quod tra-
dit Castrus Palaus to. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. n. 10. Bossius
ubi supra, num. 197. & latè, & doctè Pater Bordonus
n. 50. non obstantibus Decretis Clem. VIII. editis an-
no 1601. & 1602. uno alterius declarativo in quo Pa-
pa sibi reservat excommunicationem ob percussione
Clerici, juxta Canonem, Si quis 1.7.4. juxta juris di-
spositionem, id est quando percussio est mediocritas, &
enormis; derogando quibuscumque privilegiis & Li-
teris Apostolicis: quia illud est contra Confessores
Regulares, qui prætextu suorum privilegiorum ab-
solvant ab omnibus reservatis personas seculares:
unde nihil contra nos, qui loquimur de absolutione
inter ipsos Regulares exercenda: nihil ergo disposit
de Regularibus, ut respondit S. Congreg.

RESOL. LXXIX.

An Superiores Regularium possint absolvere Novitium
ab excommunicatione incursum propter percussione
Clerici ante ingressum Religionis?

Et quid est agendum, si postea talis Novitium ita absol-
tus ab ista, vel quavis alia censura egrediatur à Reli-
gione; an in illius reincidat?

Et quid est faciendum, si in prædictam censuram Censuram
Novitius incurrit anno probationis, modo non sit
percussio enormis? Ex p. 9 tract. 4. Resol. 51.

§. 1. **R**espondeo contra Tiraquell. de retract. lig. §. 1. non
est dubium. Ita Layman lib. 1. tr. 5. part. 2. c. 5. in for-
ne Sayr. de cens. lib. 3. cap. 28. n. 14. Alterius de cens. lib. 1. disp. 16. cap. 1. & alii communiter. Difficultas est, quid
dicendum, si contingat Novitium, qui in hunc Ca-
nonem incurrit, egredi à Religione, non dum facta
Professione: Atten. p. 2. lib. 7. tit. 11. art. 5. §. 10. autumat
reincidere in eandem excommunicationem; eò quia
propter favorem Religionis, & propter temporale im-
pedimentum absolutus fuit: atque ita præfente le-
niteri illi, qui alias eum posset absolvere, arg. cap. Eos
qui de sent. excom. lib. 6. Sed Frago. de Rep. Christi. tom. 2.
lib. 1. disp. 2. §. 3. num. 55. placet, hanc doctrinam solum
procedere in Novitio, qui ante Novitiatum contraxit
excommunicationem Canonis, Si quis suadente, non
autem, si in eam incurrit durate anno probationis, nisi
percussio fuerit enormis: tunc enim si ante Profes-
sionem egrediatur, debet se præfente illi, qui potest
absolvere ab enormi. Nam ab incursum excommuni-
catione tempore Novitiatu, quæ non erat propter
enormem.